



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R. P. Francisci Arias, Societatis Iesv Theologi, Tractatus  
Tres spirituales**

**Arias, Francisco**

**Coloniæ Agrippinæ, 1603**

Cap. 11. Quibus medijs proprium iudicium mortificandum sit.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59574](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59574)

posterum suo iudicio non temere  
 dat, quod & fecit. Vnde S. Marci-  
 cum postea iterum se videndum de-  
 mon obculisset, rogavit, num  
 chus dictus adhuc esset eius amicus  
 ille verò magno furore respondit,  
 esse amplius amicū, ea hōiem. Cuius  
 nes S. Marciij monachos tentabat  
 mon, sed maximam eorum patientiam  
 idcirco vincere non poterat, quod  
 prio suo iudicio non niterentur,  
 totos se Patrum spiritualium arbitrio  
 consilioque regendos dedidissent.

## CAPVT XI.

*De medijs, quibus proprii iudicij  
 mortificatio exercenda est, ne in tem-  
 rarium iudicium inci-  
 datur.*

**E**X medijs, quae Sancti Patres  
 mortificandum proprium iudicium  
 docuerunt & usurpationem  
 illud, sicut diximus, vnum est, delin-  
 re sibi Patrem spiritualem, cui tota  
 scientia nostra perspecta sit & explorata,  
 cui omnes perturbationes animae

DE MORTIF VOLNVT. 397

tentationesq; ingenuè patefaciamus, cuiusque consilio & prudentia nos duci regi que sinamus; consili, hanc tutissimam esse viam rationem que vitæ piæ sanctæq; traducen te & procurandæ salutis æternæ Quod medium seruire potest, nō solum religiosis, qui subaliorum obedientia viuunt, sed etiam secularibus, si optāt securam inie rationem seruiendi & placendi Deo: omnes enim expositi sunt & proprii iudicij & passionum suarum, & variarum dæmonis tentationum periculis, eo que magis, quò in seculo maiores, quàm in religione, se offerunt occasiones. De S. Ma'achia commemorat S. BERNARDVS, cum cum esset in seculo, optaret que seruire Deo, diuino instinctu edocum, vt quæret Patrem spiritualem, & inuenisse quosdam Dei seruum nomine Imanium, cui omnia animi sui sensa detegebat, cuiusque consilio totam vitam instituebat. Hic ab infantia à Deo singulariter institutus, à diuina eius maiestate docum erū accepit, vt loco Dei alicui homini in omnib' obediret Quo medio, licet esset in seculo, breui ad mag-

In eius ut  
ra.

magnam vitæ sanctitatem peruenit.

ALIUD medium ad mortificandum proprium iudicium saluberrimum est, assuefacere se ad exquirenda aliorum consilia, non solum in rebus grauius, magnique momenti, (quæ ad cauendos errores id omnino necessarium est) sed etiam nonnunquam in leuionibus, & quæ nullo negotio comprehendi queunt. Nam quoin hoc genere rerum magis alienis consiliis nitimur, hoc plus, & maiori cum merito exercetur proprii iudicij mortificatio. Sed ad hunc fructum, procedendum maximum, carpendum, curandum est, vt qui alienum implorat consilium, non ita suæ opinioni adhaereat, vt secum decernat ab ea non recedat: tunc enim fide & frustra confugiet ad alienum: sed vt paratus sit in eadem sententiam infundere mentem, quam iudicabit præstantissimam: licet enim verè homo humiliat se, & proprium iudicium mortificat, diuinis quæ dicitur locum præbet. Vnde sapiens dicitur: Ibi esse salutem, vbi multa vigent consilia, quod præcipuè intelligitur de

*Eccl. II.*

DE MORTIF. VOLVNT 299

ra animæ salute. Atque hoc medium petendi consilium ab alijs in rebus etiam leuioris momenti vsurpârunt multi sancti.

S. ARSENIUS vir sanctissimus, diuinaque & humana sapiëntia instructus, qui in sæculo Imperatorum Honorij & Arcadij magister fuerat, cum in eremum secessisset, non modò à monahis doctrina & scientia magna præditis, sed etiam ab indoctis & rudibus salutaria ad progressum in virtute faciendum consilia sciscitabatur, idque ingenti animi submissione, persuasus Deum per hoc medium subministratum, quæ magis accomodata essent ad suam salutem.

*Metaph. in vita.*

B. RAIMONDVS, à doctrina celeberrimus, qui cum facultate summi Pontificis Episcopatu se abdicârat, S. Dominici religionem complexus, ad coerendum iudicium proprium submittebat se religiosi cuiusdam fratris non admodum eruditi voluntati & arbitrio, atque hac submissione tantum sanctitatis nomen breui sibi conciliauit, vt in Generalem Ordinis sui præpositum electus sit, multisque miraculis

*Leander in eius vit.*

400 II. PARS TRACTATUS  
culis claruerit.

ALIVD quoq; medium mortificandi iudicij ergo vsurparunt sancti in dictis factisue suis, vel monerentur vel carperentur ab alijs, non repugnerent, sed faciliè aliorum sententia quod inde nullum timebatur periculum subscriberent; idq; faciebāt, non quando alij solidioribus, quā ipsi, non omnibus niterentur, sed etiā quādo magis infirmioribus: ciebat enim hanc maiore occasione dari exercendam rationem humilitatis.

*Metaph. in  
eius vita.  
Sirus in  
Maio.*

S PACHOMIO legenti in monasterio & opera manuum cum alijs fratribus exercenti texendis è iunco sportis cum discipulus eius, quem alij presertim cretat, diceret, cum non rectè texeret, continuo surrexit, dicēs. Fili docere me, quæ sit optima texendi ratio, quem docentem humiliter secutus est, posthabito pristino suo more. Qua humilitate, inquit Methaphraustes, arrogantiam spirituum, carnisq; prudentiam repressit.

*In Chron.  
Francisc. p.  
l. l. c. 69.*

Hoc medio crebriò utebatur S. FRANCISCUS, ut fructum aliquem spirituale in se colligeret, fratresq; suos ad id hortabatur. Nā cū diuturna famulatio

DE MORTIF. VOLVNT. 401

ritate cū Deo, diuinisq̄ue illustrationi-  
bus, ac experientia ipsa edoctus, probè  
sciret, quid, quo loco, & tem pore agen-  
dum esset, tamen malebat in maxi-  
mis rebus aliorum etiam simplicium  
ac imperitorum iudicio & sententiæ  
acquiescere, quàm suo. Et idcirco  
omnes fratres, quos ad ordinem re-  
cipiebat, sedulo mones faciebat, vt  
hoc exercitium faciendi ea quæ pro-  
prio iudicio contraria forent, auidè  
complecterentur.

CVM quadam vice ab eo postu-  
lassent sanctum ordinis habitum ad *ibip. c. 78.*  
lescentes duo, deduxit eos in hortum,  
monuitq̄, sibi vt adiumento essent  
inplantandis caulibus, & eandem se-  
cum plantandi rationem tenerent.  
cum verò ille præposterum plantan-  
di modum datâ operâ tenuisset, vt frō-  
des deorsum premerentur, radix sur-  
sum exstaret, alter iuuenum conticuit  
& paruit. alter verò, iudicium suum  
non subiciens, contendit perperam  
plantari. Vnde factum, vt illi, nō huic  
habitum ordinis concesserit: sciebat e-  
nim sanctus ille sine proprii iudicij cō-  
tempu

402 II. PARS TRACTATUS DE  
temptu parum profici in cæteris  
tutibus.

ATQ; hæc sunt media, quæ secun-  
Dei exercere debet ad mortificandam  
proprium iudicium, cum in omnibus  
rebus, tum maximè in proprijs ad  
mæ & conscientiæ suæ pacem & le-  
ritatem attinentibus: siquidem in  
homo ad errorem & lapsum, prop-  
amorem proprium, innatasque an-  
passiones, proclivior est. O admira-  
dam pugnam, quæ est inter mor-  
tificationem & proprium iudicium  
victoriam gloriosam in proprijs  
ej abnegatione? hæc enim tanquam  
pugione omnes confodiuntur dan-  
nes, hæc refecantur, velut radice fuc-  
sa, omnia vitiorum germina, quæ  
proprio iudicio pullulare solent. O  
optima & præclara spolia in hac vi-  
ria colliguntur, nempe, humilitas,  
tencia, caritas, pax, gaudium spiritus  
& diuinæ voluntatis perfecta confi-  
matio. Denique necesse habet  
speciatim mortificare proprium  
cium in aliorum dictis & factis  
candis, ne facillè fidem accom-  
suspicionibus, nisi firmis rationibus



& argumentis confirmantur : Sic enim a culpa & pœna immunis erit, qua Deus animaduertere solet in eos *Cassian. l. qui temerè alios iudicant & condemnant, hoc est, vt in eosdem, vel etiam S. Vinc. in grauiores defectus, quos in alijs notant, labantur. vita spirit.*

CAPVT XII.

*De mortificatione passionum in sensitiua hominis parte existentium, & de earum natura.*

**S**ICVT homini in est appetitus intellectiu<sup>9</sup>, nepe volūtas animæ soli inherēs, (vnde & dicitur esse in parte animæ superiori) sic inest & sensitiuus inherens toti cōposito ex anima & corpore: vnde & dicitur esse in parte animæ inferiori, quia est in illa, quatenus forma est corporis, vitam corpori præbens. Huius appetitus sunt potentia, concupiscibilis & irascibilis. Motus vel operationes eius appellantur passiones, eò quod per illas potentia corporali quadam immutatione alteretur, & quasi patiatur. dicuntur